

qui efficit per id quod efficitur
 nominatur. sicut or dicitur
 pro uerbis. sic manus pro litteris.
 Tres sunt autem linguae sacre.
 hebraea. greca. latina. quae toto
 orbe maxime excellunt. his
 enim tribus linguis super cruce
 dñi apilato fuit causa eius scrip
 ta: Unde & propter obscuri
 tate sc̄arum scripturarū harū
 trium linguarum cognitio ne
 cessaria est. ut ad alteram recur
 ratur. dum siquam dubitatio
 nem nominis uel interpretatio
 nis sermo unius linguae adule
 rit. Greca autem lingua inter
 ceteras gentium clarior habe
 tur. est enim & latinis & omnib;
 linguis sonantior. cuius uarie
 tas in quinque partibus discer
 nitur; quarum prima dicitur
 ceoneda id est mixta siue commu
 nis. quā omnes utuntur. Secun
 da attica uidelicet athenensis.
 qua usi sunt omnes grecae auc
 tores; Tercia dorica. quam
 habent aegypti & syri. Quar
 ta ionica. quinta eolica. qua
 se eolista locutos dixerunt.
 & sunt in obseruatione grece
 linguae. eius modi certa discer
 mina; sermo enim eorum ita est

disperitur. latinas autem
 linguas quattuor esse quidam
 dixerunt. id est prisca. latina.
 romanam. mixtam. prisca est
 quā uetustissimi italiae sub
 uano & sc̄arum non sunt usi; Incon
 dita ut se habent carmina sabino
 rum; Latina quam sublatino
 & regibus tusciae. ceteri in latio
 sunt locuti. Ex qua fuerunt
 duodecim tabulae scriptae.
 Romana. quae post reges. ex ac
 tos apopulo romano ^{coepit} gesta est
 qua neuius. plautus. ennius.
 uirgilius poete; & lexoratorum
 bus. gracchus. & cato. & ciceron
 uel ceteri effuderunt. mixta
 quae post imperium latius pro
 moto simul cum moribus & ho
 minibus in romanā ciuitatem
 inrupit. Integritate uerbi p̄
 solo ecismos. & barbaris mos
 corrum pens; Omnes autem
 orientis gentes in guttuse
 linguam & uerba conlidunt.
 sicut hebrei. & syri; omnes medi
 terraneae gentes in palato
 sermones ferunt. sicut greci
 & asiani, omnes occidentales
 uerba in dentibus frangunt.
 sicut itali & hispani; syrus &
 chaldeus uicinus hebreo est